

Band I., Nr. 286, Seite 366-367

Papst Honorius II. nimmt die von dem Pfalzgrafen Adelbert und seinen Brüdern dem Hl. Stuhl übertragene Kirche zu Anhausen in seinen Schutz und fügt verschiedene nähere Bestimmungen über deren Rechtsverhältnisse hinzu.

Lateran, 1125. November 27.

Honorius episcopus, servus servorum dei. Dilectis in Christo filiis, monachis monasterii sancti Martini de Hanhsin¹, salutem et apostolicam benedictionem.^a Sicut irrationabilia poscentibus negari debet assensus, sic iusta petentium votis benigna debemus assensione concurrere. Eapropter nobilium virorum Adelberti, palatini comitis, et eius fratrum Udelrici et Gualteri devotioni duximus annuendum. In Augustensi equidem episcopatu, in pago Albae, iuris sui^b predium quod Hanhsin dicitur, ubi domus fiat^c beati Martini ecclesia fabricata est, unâ cum patre suo, egregiae recordationis Manegoldo palatino comite, pro salute animae suae beato Petro, apostolorum principi, in allodium proprium cum omnibus ad eundem locum pertinentibus obtulerunt, quam oblationem nostra postulant auctoritate firmari. Nos igitur praesentis decreti auctoritate sancimus, ut tam praefatus locus quam omnia ad eum pertinentia sub apostolicae sedis tutela integra semper et illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Obeunte ipsius loci abbate, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem regulariter providerint eligendum. In advocati autem vestri electione abbas liberam habeat potestatem, cum fratrum suorum consilio talem eligere, quem ad defensionem libertatis monasterii

^aIm Original schließt mit dem Wort *benedictionem* die erste, in Elongata geschriebene Zeile. Das Original hat statt des Buchstabens *ae* des Abdrucks entweder die Ligatur *ae*, *e*, oder *e*.

^bDas Original hat anstelle des von *sui* bis *fiat* reichenden Textes die Worte *predium quod hanhsin dicitur, ubi domus ut fiat*.

^cDie Worte *domus fiat* sind offenbar falsch. Möglicherweise sollte *deo* oder *domino* favente stehen. Die deutsche Übersetzung scheint auch jene falsche Lesart vor sich gehabt zu haben.

¹Anhausen, Herbrechtingen, HDH.

II

bonum et utilem esse cognoverit. Sepulturam quoque eiusdem cenobii omnino liberam esse sancimus, ut eorum qui illic sepeliri deliberaverint devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Pari etiam modo concambium quod de loco, in quo monasterium vestrum situm est, cum ecclesia sancti Petri de Tetingen, ad cuius parochiam pertinebat, utriusque partis consensu et fundatorum conniventia^d factum esse dinoscitur, confirmamus. Ordinationes praeterea monachorum, consecrationes altarium, sive basilicarum ab episcopo, in cuius diocesi estis, accipietis, si quidem gratiam atque communionem apostolicae sedis habuerit, ac sine pravitate postulata voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis catholicum quem malueritis adire antistitem, et ab eo sacramenta ipsa suscipere, qui apostolicae sedis fultus auctoritate indulgeat. Ad indicium autem huius perceptae a Romana ecclesia libertatis aureum unum per singulos annos Lateranensi palatio persolvete. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia aeternae pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

(*Rundzeichen.*)^e Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus subscripsi. (*Monogramm für Bene valet.*)

Datum Laterani per manum Aimerici, sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, V. kalendas Decembris, indictione IV., anno dominicae incarnationis MCXXV., pontificatus autem domni Honorii secundi papae^f anno I.

Nach CHRISTOPH BESOLD: Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducata Wirtenbergico sitorum [...], 2 Bde., Tübingen 1636, Bd. 1, S. 325, Nr. 1, der Anh. Dokumente.

Im HStA Stuttgart hat sich lediglich eine deutsche Übersetzung der Bulle auf Pergament aus dem 15. Jahrhundert erhalten. Durch den [ehemaligen] Domkapitular

^dOriginal: *coniuentia*.

^eMit dem Wahlspruch *Oculi Domini super iustos*.

^fOriginal: Abkürzung *PP*.

III

Steichele wurde dem HStA Stuttgart jedoch das im bischöflichen Archiv in Augsburg befindliche Original zur Vergleichung mitgeteilt. Hieraus wurden die maßgeblichen Abweichungen in den Anmerkungen wiedergegeben.

Dem Original der Urkunde hängt an rot-gelber Seidenschnur die Bleibulle mit den gewöhnlichen Kopfbildern auf der einen, dem Text *HONORIVS PP. II.* auf der anderen Seite an.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 471 U 1

Überlieferung und Textkritik:

Original; dabei deutsche Übersetzung auf Pergament aus dem 15. Jh. (fehlt 1979 Mai 4) und neuere beglaubigte Abschrift auf Papier (19. Jh.).

Editionen:

FRANZ PETRUS: Suevia ecclesiastica seu clericalia collegia tum secularia tum regularia [...], Augsburg 1699, S. 90. Reyscher: Statuarrechte, Bd. 1, S. 86. Steichele: Geschichte Bistum Augsburg, Bd. 1, S. 254.

Regesten:

PHILIPP JAFFÉ (HRSG.): Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII, 2. verb. und verm. Aufl. bearb. von Samuel Löwenfeld, Ferdinand Kaltenbrunner und Paul Ewald, 2 Bde., Leipzig 1885-88 7217. Germania pontificia, Bd. 2,1, S. 111, Nr. 1.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Lateran

Ortsindex:

Albgau

Anhausen Wohnplatz (4093)

Anhausen, Herbrechtingen, HDH

Dettingen am Albuch Wohnplatz (4048)

Dettingen am Albuch, Gerstetten, HDH

Rom, Latium, Italien